

Aduertencias para

ponitur dubium. Si talis possit sollempniter
Baptizare. Doctissimus Pater Magister Soto
lib. 4. sen. dist. 4. q. vnica, art. 1. ante solutionem
primi argumenti, docet quod quamuis iniure
non sit expressum illos sollempniter Bapti-
zare posse, ex commissione Episcopi, tamen
non tenuem, aut leuem ex eorum ordinatio-
ne summi coniecturam, plus quidpiam pre
Laicis habere. Forte enim in primitiua Ec-
clesia vbi raritas erat Sacerdotum, & mul-
titudine Baptizandorum: committebant Epif-
copi, aut etiam presbyteri Diaconibus, vt
sollemniter Baptizent: quod Laici non pos-
sunt. Iam vero in tanta Sacerdotum copia,
vsus ille aboleuit. Quamuis forsam in In-
sulis, vbi rarissimi essent Sacerdotes: non
esset absurdum id ipsum fieri. Magister
Ludouicus Lopez, 2. p. sui Instructoriij con-
scientie cap. 62. fol. 113. col. 1. sine vlla du-
bitatione id ipsum asserit, dicens: quamuis in
regionibus Indiarum, vbi penuria esset Sa-
cerdotum non esset absurdum id Diaconibus
committere. Et Doctissimus Pater
Magister à Veracrucē in Expositione pri-
uilegij Leonis. 10. q. 1. concl. 5. id ipsum
docet, & ex eo confirmat, quod potest dari
Diacono